ſtoria, quam in *codice* סנהדרין d) literis conſignatam reperimus: היה רחוק מבית הסקילה ארבע אמות מפשיטין אותו בגדיו האיש מכסין אותו מלפניו והאשה מלפניה ומאחריה דברי ר׳יהודה וחכמים אומרים האיש נסקל ערום ואין האישה נסקלת ערומה: *Si remotus eſt reus a loco lapidationis circiter quatuor cubitos, ueſtibus ſuis exuebatur, quod uirum attinet, illius obteguntur anteriora, quod autem ad mulierem ſpectat, illa uelatur et circa anteriora, et circa poſteriora. Haec eſt ſententia R. Iehudae, ſed ſapientes dicunt: Mas nudus lapidibus obruitur, foemina uero non denudata lapidatur.*

Haec triſte nobis aperiunt ſpectaculum, quo STEPHANVS iniuſtiſſima quaeuis a Iudaeorum rabie perpetiens, miſere interiit. CORPVS enim uarie iam ab hoſtibus afflictum, ac mox miſerrime dilacerandum, ludibrio acerbiſſimorum hoſtium, qui turpitudine STEPHANI ab ipſis oppreſſi, magnopere delectabantur, NVDVM exponere cogitur.

§. XII

crucem uentum, ſpoliabant hominem, et ſic in eam dabant. Receptum hoc *in plerisque ſuppliciis, uelut naturae ſuaſu, quae nudos induxit in uitam, et educit.* Porro hac de re eodem loco ſententiam ARTEMIDORI Lib. II. cap. 58. ſcribentis: σταυρȣσθαι ἀγαθον τῳ πενητι, και γαρ ὑψιλος ὁ σταυρωθεις, τȣς δε πλȣσιȣς βλαπτει, γυμνοι γαρ σταυρȣνται; et exemplum ex actis ueteribus de PIONIO MARTYRE refert, ubi legitur: *ultro ſe ueſtibus ſpoliauit, et in coelum ſuſpiciens, ac Deo gratias ageus, ſuper lignum ſe ipſum extendit militique tradidit, ut clauis configeretur.*

d) Cap. VI. §. 3. fol. Editionis Tritendinae 187. col. 2. coniungatur cum hoc MOSIS COZENSIS Praecept. affirmat. 100. fol. 188. col. 2. et R. MOSIS MAIMONIDIS יד חזקה in HILCHOTH. SANHEDRIN Cap. XV. fol. 738. col. 1.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn327144963/88 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG